



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

48 Haeretici recusantes redire ad agendam condignam poenitentiam, qua poena sint plectendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Prætorio sanctæ, & generalis Romanæ Inquisitionis sæpè pronunciatum est, non posse, nec debere Episcopos amplius virtute concilij absolvere occultos hæreticos in foro conscientie, *comm. 141. circ. fin.* Obstat etiam Bulla Cœnæ Domini quotannis legi solita, in qua absolutio hæreticorum soli Papæ est reservata, & eum sit decreto facti concilij posterior, ultima derogant prioribus.

47 Suspectos ¶ autem de hæresi, ut sunt blasphemias hæreticales proferentes, & alia committentes, quæ levem, vel violentam suspicionem inducunt, poterit Episcopus, & ejus Vicarius generalis legitima facultate suffultus, in foro conscientie tantum absolvere, ex dispositione sacri concilij. *dict. cap. 6. de reform. sess. 24.* Quia, cum excipiant tantum hæreticos, ab omnibus aliis casibus occultis absolvere possunt, quoniam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. nam, quod liquida, §. final. i. resp. ff. de pen. leg. & suspectus non dicitur hæreticus, c. accusatus, in princip. de heret. in 6. & Put. decis. 400. lib. 2.* Cum enim hujusmodi non sint hæretici, non comprehenduntur sub reservatione facta in odium hæreticorum. *Sanct. Antonia. 3. par. tit. 12. c. 15. Silvest. in ver. hæresis, 1. quest. 9. & Tab. in ver. hæreticus, numer. 2.* Qui verò citati, carcerati, & causa cognita, hæretici sunt declarati, non relapsi, ad abjurandum semper admittuntur. Et regulariter pœnitentes ad misericordiam sunt admittendi *jux. cap. ad abolendam, §. present. ext. de heret.*

48 ¶ Si vero noluerint redire ad agendam condignam pœnitentiam, curiæ seculari sunt tradendi, à qua pœnà ultimi supplicij, nisi resipiscant sunt plectendi, *Pegna in 3.*

par. Direct. Inquisit. comment. 146. vers. ceterum in hac.

49 Si vero ¶ aliquis sacerdos in eundem errorem incidit, est à suis ordinibus degradandus: & inde perpetuo carceri tradendus, *cap. quoniam, de heret. in 6. & Direct. Inquisit. par. 3. de decem, mod. term. process. finali* aliasque plures pœnas incurrit.

50 Primò, ¶ clericus est incapax beneficiorum, ita quòd collatio facta clerico hæretico est ipso jure nulla. *Lambert. de jur. patron. par. 1. art. 6. qu. 9. princip. & Pegna 3. par. Direct. Inquisit. comment. 162. vers. ad hoc collatio, & pœnam privationis incidit ipso jure, ut iuconstituit. Pij V. Si de protegendis, in Bull. Rom. cap. 43. §. quod porro.*

51 Secundò, ¶ si labatur in hæresim, & spoliatur beneficio, non restituitur; quia illi obstat exceptio hæresis, *gloss. in, c. quo jure, in ver. nam jure, circ. med. 8. dist. Abb. in c. inter dilectos, numer. 11. de excess. prelat. & Diaz. pract. crimin. c. 106. vers. secundus quod.*

52 Etea est ratio, ¶ quia hæreticorum beneficia vacant ipso jure, licet requiratur vacationis nunciatio, *c. ut commissi, §. privandi, de heret. in 6.* Et expressè, quòd hæreticorum beneficia ipso jure vacant, decrevit Greg. XIII. *ut in Bull. Roman. cap. 68. & à die commissi criminis beneficiis sunt ipso jure privati, Pius V. in litteris incipientibus, cum ex Apostolatus, circa finem Directorij impressu à Pegna relati in eodem Direct. comment. 162. vers. postremò, par. 3.*

53 Ideò ¶ post commissum delictum non poterit hæreticus beneficiatus renunciare, *Diaz. in dict. c. 106. circ. princ. nisi ante sententi-*